



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Quotidianaru[m] co[n]cionum morem Augustæ inducit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

ius esse potestatis, nec facultatem Societati præsentem adesse ad tam multas vno tempore colo-  
nias deducendas. Nec aliter Præpositus Generalis  
respondit: perq; sociorum penuriam factum est,  
vt præteruecto illo commoditatis articulo, So-  
cetas Straubingæ postea Sedem nunquam loca-  
rit. Vbi ieiuniorum solenne tempus affluxit, sacer  
Athleta vetus stadium noua contentione ingressus Euāgelicas conciones, quæ, vti supra demon-  
stratum est, quaternæ in hebdomāda ante solen-  
neserant, quotidianas instituit. Superat autem propemodum fidem quanta cura, ac præmedi-  
tatione, quot fusis ad Deum precibus, quanta af-  
flictione corporis præparatus ad dicendum ac-  
cederet: gnarus videlicet neq; qui rigat, neq; qui  
plantat esse aliquid, sed qui incrementum dat,  
Deum. Et tamen aliis interea plurimis distinieba-  
tur occupationibus piis: Feriaq; sexta, ac Sabbato  
totos dies audiendis peccata confitētibus dabat,  
vt de nocturnis horis decerpendum esset, quod ad  
solennes preces conferebatur. Dum autem om-  
nia Deo, & proximis, omnia mēti, & animo dan-  
tur, nihil corpori reseruatur, nimīrum imbecilla

*Quotidianarum concionum  
morem Augs.  
stainducit.*

*Qua præ-  
ratione conciou-  
naretur.*

b caro,